467 b. f.[1] | [*imp.*] Caes. divi Antónin[*i* | *fi*]lio divi Severi nepoti | [*M. Aure*]l. Antóninó Pió Fel. | [*Au*]g., trib. potest., cos.[2], | [*pr*]ocos., p. p., dominó | [*in*]dulgentissimó, dica|[*ti*]ssima numini eius | [*met*]ropolis Ancyranorum | [*per*] L. Egnatium Victorem | Lollianum[3], leg. eius pr. pr. | M. p. | III.

Prope Ancyram (III S. 6900). — 1) *Legendum aut more Latinorum: Bonum factum, aut more Graeco: Bona Fortuna (Mo. ad III 383) (cf. etiam III S. 7195).* — 2) *A. 218.* — 3) *Homo notus etiam ex aliis titulis compluribus; fuit legatus Pannoniae superioris a. 207 (III 4364), legatus Bithyniae et Ponti (arch. ep. Mitth. 7, 1883 p. 171), corrector Achaiae (C. I. Gr. 1624), praeterea sodalis Antoninianus (VI 2001).*

---

468 imp. Caesari M. | Aurelio [*A*]ntoni|no[1] Pio Fel. Aug., | divi Severi n[*ep*]oti[1], | divi Antonini [*f*]il.[1], dedi|cante T. Fl. Novio Rufo[2], | leg. Aug. pr. pr., M. Ulpius Antipater | sacerd. provin. et bis du|umviral. ob hon. pontif.

Iglitzae, ubi fuit Troesmis provinciae Moesiae inferioris, rep. a. 1864, nunc Parisiis (III 6170 recognovit Renier). — 1) *Erasa vocabula ad Elagabalum spectantia.* — 2) *Idem praeses nominatur in Nicopolitarum ad Histrum, qui et ipsi fuerunt provinciae Moesiae inferioris, nummis cum capite Elagabali imberbis et inscriptis: ὑπ. (i. e. ὑπατικοῦ) Νοβίου Ῥούφου, Νικοπολιτῶν πρὸς Ἴστρόν (catal. mus. Berol., Beschr. der ant. Münzen I p. 84 seq.).*

---

469 imp. Caes. divi | Magni Antonini | Aug. Brit. Ger. Part. max. | filio, divi Sever. Ar[*a*]b. | Adiab. Part. max. nep., di|vi Commodi [*et*] divi M. Ant. | Ger. Sar. pronep., divi | Ant. Pii et divi Hadr. abnep., | divi Traiani et divi Nerve | adnep. . . . .[1] [*colonia*] Aug. Mart. veter. Sitif. M. III.

Prope Sitifim Mauretaniae, cippus miliarius (VIII 10347 descr. Goyt). — *Cum et Elagabalus et Severus Alexander Caracallae filii, Severi nepotes dici voluerint, neuter Severi maiores, quos is sibi adoptaverat, in titulis enumerare voluit. Pauci tantum tituli Africani (praeter hunc VIII 8322) maiores Elagabali — nam in hunc haec res potius quadrare videtur quam in Alexandrum — ultra Septimium Severum recensent usque ad Nervam.* — 1) *Rasura sine dubio (quamquam id non adnotatur) perierunt nomina imperatoris cui titulus positus est.*

---

470 . . . .[1] | p. p., trib. pot., cos., | procons., divi Magni | Antonini fil., divi Pii | Severi nepot., et I[*ulia*]e | Maesae [*Aug. avi*]ae Aug. | n.[2], matris castrorum | et senatus, [*et Iuliae So*|*aemiadis Bassianae*][2] Aug., | [*matris*][2] Augusti n.[2], | duplari leg. III Aug. p. v. Anto|ninianae[2] devoti numini | maiestatique eorum, | regressi de expeditio|ne felicissima Orien|tali.[3] — *In lateribus perscripta sunt duplariorum legionis tertiae Augustae, qui titulum posuerunt, numero plus centum octoginta, et ante ea tesserariorum, tubicinum, cornicinum aliorumque nonnullorum principalium legionis nomina.*

Lambaesi, basis fracta (VIII 2564). — 1) *Initio, quod abruptum est, interiisse putanda sunt haec fere* pro salute imp. Caes. M. Aureli Antonini Pii Fel. Aug. pont.

archive.org